

MARCH 4, ST. CASIMIR, CONFESSOR

[Errors? help@extraordinaryform.org](#)

The festival of this saint, who preserved a virginal purity in the midst of the frivolities of a royal court (died 1483), was instituted by Paul V. He practiced bodily mortification in a high degree, gave abundant alms and meditated continually on the sufferings of Christ.

(Commemoration of St. Lucius) St. Lucius, Pope and Martyr, is praised greatly by St. Cyprian for his manner of dealing with lapsed Christians; he was exiled from Rome almost immediately after he became bishop; he lived only a few weeks after his return.

INTROIT Psalms 36: 30,31

Os justi meditabitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur judicium: lex Dei ejus in corde ipsius, (Ps. 36: 1) Noli æmulári in malignántibus: neque zeláveris faciéntes iniquitátem. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Os justi meditabitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur judicium: lex Dei ejus in corde ipsius.

COLLECT

Deus, qui inter regáles delicias et mundi illécebras sanctum Casimírum virtúte constantiæ roborásti: quæsumus; ut ejus intercessióne fidéles tui terréna despiciant, et ad cælestia semper aspirent. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(Commemoration of St. Lucius I)

Gregem tuum, Pastor ætérne, placátus inténde: et, per beátum Lúcium Mártirem tuum atque Summum Pontíficem, perpétua protectióne custódi; quem totius Ecclésiæ præstitisti esse pastórem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Ecclesiasticus 31: 8-11

Beátus vir, qui invéntus est sine mácula, et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesáuris. Quis est hic, et laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua. Qui probátus est in illo, et perféctus est, erit illi glória ætérna: qui pótuit tránsgridi, et non est transgréssus: fácere mala, et non fecit: ídeo stabilíta sunt bona illius in Dómino, et elemósynas illius enarrábit omnis ecclésia sanctórum.

GRADUAL Psalms 91: 13,14

Justus ut palma florébit: sicut cedrus Libani multiplicátur in domo Dómini. Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam, et veritátem tuam per noctem.

(From Septuagesima until Easter the Lesser Alleluia is omitted and the Tract is said instead)

LESSER ALLELUIA James 1: 12

Allelúja, allelúja. V. Beátus vir, qui suffert tentatiónem. quóniam cum probátus fúerit, accípiet corónam vitæ. Allelúja.

TRACT Psalms 111: 1-3

Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. Potens in terra erit semen ejus: generatio rectórum benedicétur. Glória et divitiæ in domo ejus: et justítia ejus manet in sæculum sæculi.

GOSPEL: Luke 12: 35-40

In illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Sint lumbi vestri præcíncti et lucernæ ardéntes. Et vos símiles homínibus expectántibus dóminum suum quando revertátur a núptiis ut cum vénerit et pulsáverit conféstim apérianť ei. Beáti servi illi quos cum vénerit dóminus invénerit vigilántes. Amen dico vobis quod præcínget se et fáciat illos discumbere et tránsire ministrábit illis. Et si vénerit in secúnda vigília et si in tértia vigília vénerit et ita invénerit beáti sunt servi illi. Hoc autem scítote quia si scireť pater familias qua hora fur vénireť vigiláret útique et non síneret parfodi domum suam et vos estóte paráti quia qua hora non putátis Fílius hóminis venit.

OFFERTORY Psalms 88: 25

Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

SECRET

Laudis tibi, Dómine, hostias immolámus in tuórum commemoratióne sanctórum: quibus nos et præsentibus éxui malis confidimus, et futúris. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(Commemoration of St. Lucius I)

Oblátis munéribus, quæsumus, Dómine, Ecclésiám tuam benígnus illúmina: ut, et gregis tui proficiat ubíque succéssus, et grati fiant nómini tuo, te gubernánte, pastóres. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Matthew 24: 46-47

Beátus ille servus quem cum vénerit dóminus ejus invénerit sic faciéntem. Amen dico vobis quóniam super ómnia bona sua constítuet eum.

POSTCOMMUNION

Refécti cibo, pótuque cælesti, Deus noster, te súpplices exorámus: ut, in cujus hæc commemoratióne percépiimus, ejus muniamur et précibus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(Commemoration of St. Lucius I)

Refectióne sancta enutrítam gubérna, quæsumus Dómine, tuam placátus Ecclésiám: ut poténtia moderatióne diréctá, et incrementa libertátis accípiat et in religiónis integritáte persístat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment: the law of his God is in his heart. (Ps. 36: 1) Be not emulous of evildoers: nor envy them that work iniquity. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment: the law of his God is in his heart.

O God, Who didst fortify holy Casimir with the virtue of constancy in the midst of kingly delights and the world's allurements, through his intercession we beseech Thee that Thy faithful may scorn earthly things and ever aspire to those of heaven. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Eternal Shepherd, regard graciously Thy flock, and keep it with an everlasting protection, by the intercession of blessed Lucius, Thy Martyr and Sovereign Pontiff, whom Thou hast constituted shepherd of the whole Church. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Happy the man found without fault, who turns not aside after gain, nor puts his trust in money nor in treasures! Who is he, that we may praise him? For he has done wonders in his life. He has been tested by gold and come off safe, and this remains his glory forever; he could have sinned but did not, could have done evil but would not, so that his possessions are secure in the Lord, and the assembly of the Saints shall recount his alms.

The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up like the cedar of Lebanon in the house of the Lord. To show forth Thy mercy in the morning, and Thy truth in the night.

(From Septuagesima until Easter the Lesser Alleluia is omitted and the Tract is said instead)

Alleluia. Alleluia. Blessed is the man that endureth temptation: for when he hath been proved, he shall receive the crown of life. Alleluia.

Blessed is the man that feareth the Lord: he shall delight exceedingly in His commandments. His seed shall be mighty upon earth: the generation of the righteous shall be blessed. Glory and wealth shall be in his house: and his justice remaineth forever and ever.

At that time, Jesus said to His disciples, Let your loins be girt, and lamps burning in your hands. And you yourselves like to men who wait for their lord, when he shall return from the wedding; that when he cometh and knocketh, they may open to him immediately. Blessed are those servants, whom the Lord when he cometh, shall find watching. Amen I say to you, that he will gird himself, and make them sit down to meat, and passing will minister unto them. And if he shall come in the second watch, or come in the third watch, and find them so, blessed are those servants. But this know ye, that if the householder did know at what hour the thief would come, he would surely watch, and would not suffer his house to be broken open. Be you then also ready: for at what hour you think not, the Son of man will come.

My truth and My mercy shall be with him: and in My name shall his horn be exalted.

We offer Thee, O Lord, sacrifices of praise in commemoration of Thy saints, by whom we trust to be delivered from evils both present and future. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

By the offered gifts we beg Thee, O Lord: enlighten kindly Thy Church: so that Thy flock everywhere may be increasing, and the Shepherds, under Thy direction, may be pleasing to Thy Name. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Blessed is that servant, whom when his lord shall come he shall find so doing. Amen I say to you, he shall place him over all his goods.

We Thy suppliants, who are refreshed with heavenly food and drink, beseech Thee, O our God, that we may be fortified by the prayers of him in whose commemoration we have partaken of these gifts. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

O Lord, we beseech Thee, graciously govern Thy Church, which Thou hast fed with a holy meal; so that, directed by a mighty wisdom, she may progress in liberty, and persist in the integrity of faith. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.